UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chronologia Christiana

Herbipoli, 1694

Ad DD. Sodales.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65495

Visual Library

AD DD. SODALES.

ANnis abhinc 22. oblatum eſt Sodalitati Breviarium Chronologiæ Chriſtianæ; Libellus qui doctioribus eſſe potuit pro jucundo Subſidio memoriæ, & minùs verſatis pro introductione ad planiorem intelligentiam hiſtoriarum. Cùm verò jam ſæpius in Libelli hujus exemplaria magno deſiderio à viris literatis inquiſitum fuerit, nec tamen in defectu ejusmodi Exemplarium ſatisfieri deſiderio potuerit, viſum fuit non ingratum id fore DD. Sodalibus ſi denuò typis committatur, & auctior annorum progreſſu ac locupletior prodeat. Accipite igitur benevolo affectu Septendecim Sæcula in anni unius xenium contracta, & quâ ſoliti ſemper fuiſtis pietate, ardente zelo, laudabili exemplo, Magnæ Matris noſtræ honorem propagate *Clientes & Sodales Mariani.*

SÆ-